Sac. Reg. M.tas

13 10bris 1603 Ro

141

N 40

Regijs M.tis V. l[itte]ris perlectis voluntatem eius S.mo D. N. reverenter et ardenter insinuavi de
conservando D. Martino Siscovio Canonicatu Cracovien. respondit S. S.tas priscorum P[at]rum, ac re=
centiorum Canonum authoritatem illibatam omnino servaturum, Regiae tamen voluntati
in eo quod liceat, morem gesturum. Proinde Siscovius Canonicatu Cracovien. eo usq. frua=
=tur, dum successioni in Epatu locus detur, quo demum vacante ipse etiam Canonicatus va=
=care intelligatur. Quod quidem Siscovio ipsi haud ingratum esse debet, quippe non ante Ca=
=nonicatus subsidia amissuro quam Epatus commoda fuerit adeptus. M. vero etiam V.
credo ego bonam in partem accepturam decretum hoc S.ti S. mente ab optima profectum. Et
eidem interea mea mag. obsequia humillime commendo, Deumq. semper et ubiq. propitium pre=
=cor. Dat. Romae xiij Decembris MDCiij

S. C. R. M. V.

Humill.mus Servitor
Card.lis Aldobrandinus

Ser.mo ac potentiss.o Poloniae Sueciaeque
Regi Sigismundo Tertio

Card.inalis Aldebrandinus
de confirmatione ~~[illegible]~~ Camenecensis
Armeniorum, de dispens.